Deputatio Instigatoris

Sigismundus etc.

Magco Nicolao Zebrzidowskij de Zebrzidowice Palatino Lublinen. Capitaneo Generali Crac. etc. vel in eius absentia eius officio Castri Castren. Crac. Sinc. et Fid. nobis dilecto gratiam nram Regiam. Magce Sinc. nobis dilecte. Accepimus ex supplici libello Universitatis Crac. nomine nobis oblato accidisse enorme facinus non ita pridem quod vult quidam N. Orzeszkowsky civis cuiusdam cleparden. filius studiosus venerabilem olim Gasparem Lubartz Artium liberalium Magistrum et Philos. Doctorem Seniorem et Praeceptorem suum sub specie citationis tunc extra urbem marchi evocatum ex insidijs innocentissime et crudelissime interfecit itaque homicida curae et studio officij Sinc. tue Castren. Crac. madens tepido adhuc sanguine comprehensus est. Cum autem defuncti consanguineum praeter fratrem germanum eumque sacerdotem quem in sanguinem agere canones prohibent neminem talem relinquit ad quem iure accusatio pertineat nostra vero et Reipub. interest, ne tam enormia scelera impunito maneant praesertim quod id sub nostra praesentia non sine nostra indignitate acciderit. Hortamur Sinc. tuam eidemque mandamus ut ex officio suo in eum homicidam iure animaduertat cum in publicis et manifestis facinoribus etiam instigatoris nomine officium procedere leges non tantum prohibent sed etiam iubent. Porro quo ea res suam utique figuram Judicij consequatur deputamus authoritate nostra Regia in locum Instigatoris officij et Sinc. Nobilem Nicolaum Zelikowskij cui plenam ad hanc causam damus potestatem accusationem contra homicidam coram Sinc. tuae officio instituendi eamque causam ad finem usque et meritas poenas deducendi eumque quidem Nicolaum Zelikowskij nos habilem ac idoneum ad procedendum in hac causa recentis et tam enormis facinoris declaramus modo Sinc. tua quod ad suum pertinebit officium non intermittat pro gra nra etc.

Litera passus

Sigismundus etc.

Universis et singulis Regibus et Principibus Christianis tam Ecclesiasticis quam Politicis alijsque omnibus Magistratibus publicis et munia quaecunque gerentibus privatisque omnibus cuiuscunque status et conditionis vicinis nostris charissimis salutem et benevolentiam, subditis vero nostris gratiam nostram Regiam. Proficiscentur